

## Ad Completorium Rubrics 1960

[Compare](#)
[Sancta Missa](#)
6-12-2020
↓
↑
[Ordo](#)
[Options](#)

<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Incipit</b></i> <i>V.</i> Iube, Dómine, benedicere. <i>Benedictio.</i> Noctem quietam et finem perfectum concédât nobis Dóminus omnipotens. Amen.</p>	2
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Lectio brevis</b></i> <i>1 Pet 5:8-9</i> <i>F</i>ratres: Sóbrii estóte, et vigiláte: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgens circuit, quærens quem devóret: cui resístite fortes in fide. <i>V.</i> Tu autem, Dómine, miserére nobis. <i>R.</i> Deo grátias.</p>	3
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>V.</i> Adiutórium nóstrum ✠ in nómine Dómini. <i>R.</i> Qui fecit cælum et terram.</p>	4
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>Examen conscientie vel Pater Noster totum secreto.</i> <i>P</i>ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimítimus débitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.</p>	5
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>C</i>onfíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis, cogitatióne, verbo et ópere: <i>percuiti sibi pectus</i> mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaëlem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum. <i>M</i>isererátur nostri omnipotens Deus, et dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. Amen. <i>I</i>ndulgéntiam, ✠ absolutiónem et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. Amen.</p>	6
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>V.</i> Convérte nos ✠ Deus, salutáris noster. <i>R.</i> Et avérte iram tuam a nobis. <i>V.</i> Deus ✠ in adiutórium meum inténde. <i>R.</i> Dómine, ad adiuvándum me festína. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. <i>A</i>llelúia.</p>	7
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Psalmi</b></i> {ex Psalterio secundum diem} <i>Ant.</i> Voce mea * ad Dóminum clamávi: neque obliviscétur miseréri Deus. <i>Psalmus 76(2-13)</i> [1] <i>76:2</i> Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Deum, et inténdi mihi. <i>76:3</i> In die tribulatiónis meæ Deum exquísivi, mándibus meis contra eum: * et non sum deceptus. <i>76:4</i> Rénuít consolári ánima mea, * memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum: et defécit spíritus meus. <i>76:5</i> Anticipavérunt vigilias óculi mei: * turbátus sum, et non sum locútus. <i>76:6</i> Cogitávi dies antiquos: * et annos ætérnos in mente hábui. <i>76:7</i> Et meditátus sum nocte cum corde meo, * et exercitábar, et scopébam spíritum meum. <i>76:8</i> Numquid in ætérnum proficiet Deus: * aut non appónet ut complacítior sit adhuc? <i>76:9</i> Aut in finem misericórdiam suam abscondet, * a generatióne in generatiónem? <i>76:10</i> Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas? <i>76:11</i> Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátió dexteræ Excelsi. <i>76:12</i> Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab infitio mirabílium tuorum. <i>76:13</i> Et meditábor in ómnibus opéribus tuis: * et in adinventiõibus tuis exercébor. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.</p>	8
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>Psalmus 76(14-21)</i> [2] <i>76:14</i> Deus, in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília. <i>76:15</i> Notam fecísti in pópulis virtútem tuam: * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Iacob et Ioseph. <i>76:17</i> Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ: * et timuérumt, et turbátæ sunt abyssi. <i>76:18</i> Multitúdo sónnitus aquárum: * vocem dedérunt nubes. <i>76:18</i> Étenim sagítte tuæ tráseunt: * vox tonítui tui in rota. <i>76:19</i> Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: * commóta est, et contrémuit terra. <i>76:20</i> In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis: * et vestigia tua non cognoscéntur. <i>76:21</i> Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi et Aaron. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.</p>	9
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i>Psalmus 85</i> [3] <i>85:1</i> Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: * quóniam inops, et pauper sum ego. <i>85:2</i> Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te. <i>85:3</i> Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi. <i>85:5</i> Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: * et multe misericórdiæ ómnibus invocántibus te. <i>85:6</i> Áuribus pécipe, Dómine, oratiónem meam: * et inténde voci deprecatiónis meæ. <i>85:7</i> In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me. <i>85:8</i> Non est similis tui in diis, Dómine: * et non est secúndum ópera tua. <i>85:9</i> Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine: * et glorificábunt nomen tuum. <i>85:10</i> Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: * tu es Deus solus. <i>85:11</i> Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédia in veritaté tuæ: * lætétur cor meum ut timeat nomen tuum. <i>85:12</i> Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum: <i>85:13</i> Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri. <i>85:14</i> Deus, inqúi insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: * et non proposúerunt te in conspéctu suo. <i>85:15</i> Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax, <i>85:16</i> Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: et salvum fac fílium ancillæ tuæ. <i>85:17</i> Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es me. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. <i>Ant.</i> Voce mea ad Dóminum clamávi: neque obliviscétur miseréri Deus.</p>	10
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Hymnus</b></i> <i>T</i>e lucis ante términum, Rerum Créator, póscimus, Ut pro tua cleméntia Sis præsul et custódia.  Procul recédant sómnia, Et nóctium phantásmata; Hostémque nóstrum cóprime, Ne polluéntur córpora.  * Præsta, Pater piíssime, Pátrique compar Únice, Cum Spíritu Paráclito Regnans per omne sæculum. Amen.</p>	11
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Capitulum Responsorium Versus</b></i> <i>Ier 14:9</i> <i>T</i>u autem in nobis es, Dómine, et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: ne derelinquas nos, Dómine, Deus noster. <i>R.</i> Deo grátias.  <i>R.br.</i> In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum. <i>R.</i> In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum. <i>V.</i> Redemísti nos, Dómine, Deus veritátis. <i>R.</i> Comméndo spíritum meum. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum.  <i>V.</i> Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi. <i>R.</i> Sub umbra alárum tuárum protegos nos.</p>	12
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Canticum: Nunc dimittis</b></i> <i>Ant.</i> Salva nos, * Dómine, vigilántes, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace. <i>(Canticum Simeon * Luc. 2:29-32)</i> <i>2:29</i> Nunc dimíttis ✠ servum tuum, Dómine, * secúndum verbum tuum in pace: <i>2:30</i> Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum, <i>2:31</i> Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum, <i>2:32</i> Lumen ad revelatiónem gentium, * et glóriam plebis tuæ Israël. <i>V.</i> Glória Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto. <i>R.</i> Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. <i>Ant.</i> Salva nos, * Dómine, vigilántes, custódi nos dormiéntes; ut vigilémus cum Christo, et requiescámus in pace.</p>	13
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Oratio</b></i> <i>V.</i> Dómine, exáudi oratiónem meam. <i>R.</i> Et clamor meus ad te véniat. <i>O</i>rémus. <i>V</i>ísita, quæsumus, Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea lóngè repélle: Ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiánt; et benedictio tua sit super nos semper. <i>P</i>er Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnát in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. <i>R.</i> Amen.</p>	14
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Conclusio</b></i> <i>V.</i> Dómine, exáudi oratiónem meam. <i>R.</i> Et clamor meus ad te véniat. <i>V.</i> Benedicámus Dómino. <i>R.</i> Deo grátias. <i>Benedictio.</i> Benedicat et custódiat nos omnipotens et miséricors Dóminus, ✠ Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. <i>R.</i> Amen.</p>	15
<div style="text-align: right;"><a href="#">Top</a> <a href="#">Next</a></div> <p><i><b>Antiphona finalis B.M.V.</b></i> <i>S</i>alve, Regína, mater misericórdiæ; vita, dulcédo et spes nóstra. Ad te clamámus éxsules filii Hevæ. Ad te suspirámus gementes et flentes In hac lacrimárum valle.  Eia ergo, advocáta nostra, illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María.  <i>V.</i> Ora pro nobis, sancta Dei Génetríx. <i>R.</i> Ut digni efficiámur promissionibus Christi. <i>O</i>rémus. <i>O</i>mnipotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum effíci mererétur, Spíritui Sancto cooperánte, præparásti: da, ut, cuius commemoratióne lætámur, eius pia intercessióne, ab instantibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen. <i>V.</i> Divínium auxiliúm ✠ máneat semper nobíscum. <i>R.</i> Amen.</p>	16

Completorium persulut.

[Matutinum](#)
[Laudes](#)
[Prima](#)
[Tertia](#)
[Sexta](#)
[Nona](#)
[Vesperae](#)
[Completorium](#)

<span>all</span> psalms	Monastic Tridentine 1570 Tridentine 1910 Divino Afflatu Reduced 1955 Rubrics 1960 1960s Newcalendar
-------------------------	---

Latin		
Deutsch	<input type="checkbox"/>	
English	<input checked="" type="checkbox"/>	
Espanol	<input type="checkbox"/>	
Francais	<input type="checkbox"/>	
Italiano	<input type="checkbox"/>	
Magyar	<input type="checkbox"/>	
Polski	<input type="checkbox"/>	
Portugues	<input type="checkbox"/>	
Polski-Nowey	<input type="checkbox"/>	
	Hodie	
	Defunctorum	
	Parvum B.M.V.	

[Versions](#)
[Credits](#)
[Download](#)
[Rubrics](#)
[Technical](#)
[Help](#)